



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 24. De Donationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

is dederit, id est fidejussit. §. Si vero in personam, insit. De satisfactionibus. Vnde obiter notandum est, verba aliquando impropriè sumi pro subjecta materia, ut in d. e. Odoar ius verba idonea cautione.

Sanè Philippus Palcher, Rex Galliae, referente Choppino *Politia sacra lib. 3. cap. 2. num. 2.* retuit bona mobilia Clericorum pro debito apprehendi, & venire publicè seu subhastari, quantumvis Pontificibus iniurie. Et Clemens VII per *Bullam incip. Cism ex multorum,* decrevit causas cessionis vel discussioonis bonorum, aut dilationis quinqueannalis, expedientias infra brevem terminum. Paulus vero III, per *Bullam incip. Nota,* retuit litteras moratorias per quoscumque Judices concedi. Zypæus d. tit. ubi subiungit, Edicto anni 1540 presbyteros, si adstant, quos vulgo Bancæ rupos seu Fallitos vocant, corum ve occulte bona, puniri per apprehensionem temporalium; ac solutiones hodie non impediti per exceptionem non numerata pecunia: cui hodie locum non esse, censit Concilium Brabantæ 4. Septemb. 1545.

8. Alioqui si quis per errorem indebitum solverit, quia repeti solutum possit, dubium non est, *toto Tit. D. De condit. indeb.* Sed quia hoc casu actor intendit se debitum soluisse, & reus negat, queritur, uter probare debeat, quod fuerit indebitum. Distingui Pontifex *in cap. ult. hoc tit.* hoc modo: Si reus idemque creditor, facetur sibi solutum esse, sed neget fuisse indebitum, quod solutum est, tunc actor incombet probatio, indebitum solutum fuisse quia ei incombet probatio, qui agit; contra que auctorem presumptio est juris, cum deinde presumatur jactare suum, nec verisimile sit, quemquam tam esse supinum in rebus suis, ut solvat aliquid, quod non debet. Sin reus negat, sibi solutum esse, & actor probet, tunc rei sit probare debitum fuisse, quod solutum est, quia jam presumptio juris est contra secum, proprium mendacium, *l. Cum de indebito 25. D. De probacionib.*

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

§. I.

Quid sit Donatio & quotuplex.

1. 2. *Donatio unde dicta* & d. finito.
3. *Duplex est, mortis causa*, & inter vivos.
4. *Mortis causa donatio in quo legatis equipare*
5. *Donatio inter vivos qua sit.*
6. 7. *Illam faciliter revocari, hanc non nisi ex ea causa.*

Q Yamquam verius sit donationem dejure novissimo esse contractum, & quidem stricti juris, l. Eum 22 & l. Hereditatum 28. D. eod. (quamvis an contractus sit nominatus, an vero innominatus, disputent Interpp. Bart. ad l. Iurisgentium 7. D. De patre, Jafon. ad l. Cum morte 6. Cod. De transact. tamen summum Pontificem imitati, recte eam à contractibus separamus, & subiiciimus Tit. De solutionibus quia magis pertinet ad causam liberalitatis, quam obligationis seu contractus quandoquidem qui donat, non id agat, ut alterum habi obliget, quod contractibus est proprium, sed et donatarium, id est eum, cui donat, beneficio affiat; nec aliam ob causam det, quam ut liberalitatem exercat: tum ut paulatim à donationibus propriis de quibus hic agendum, ad ultimas voluntates, quae etiam sunt quædam donationes, sed impropriæ, perveniamus.

1. Dicitur autem Donatio à Donando, quasi Dono datum vel donatio, l. Senatus 35. §. 1. D. De morte causa donat.

2. Definiti proinde potest liberalitas, quæ nullo iure cogente exercetur, l. i. in princ. l. Donari 29. D. hoc tit. l. Donari 28. D. De reg. iuri. Exercetur inquam, donando vel remittendo: nam remissio certi alicujus juris donationis est l. Si quis 12. D. de novationib. & similibus.

3. Donationum alia est mortis causa, alia inter vivos. Mortis causa donatio, est que sit propter mortis suspicionem; ita scilicet, ut deator exprimat se mortis causa donare, vel aliundic.

aliunde ita donare constat: alias enim presumunt
absoluere & iacet vivos donare, licet ex-
grotus & in extremis vita constitutus donec,
I&sa 42, in fine D. de morte causa donat. Ac pro-
priea imprropria hæc donatio est, quia non
ex meta liberalitate, ut perpetuo res fiat do-
natio, sed ut certis casibus ad donatorem re-
dat, l. t. D. d. t.

4. Cum vero ob mortis fiat suspicionem, ad exemplum legatorum, modus acquirendi dominium est civilis, quia dominium rei donatae a mente donantis transfert in donatarium circa traditionem, sicut legatum transit in legatarii. I. & 2. D. de Publ. in rem act. & feri legatis exequatur Nam & eodem modo revocatur, & morte donatoris demum confirmatur, & Lex Falcidia, qua legatis medium imponit, etiam ad donationes mortis causâ porrecta est.

5. Dico, fecit quia natura & substantia differunt donatio causa mortis à legato. Neque enim perficitur nisi consensu duorum, scilicet donatoris & donatarii, cum legatum solitus testatoris constet voluntate. Et qui donat mortis causam, potest sibi hanc legem imponere, ne tem donatio revocetur possit, *4. Si alienam 13. §. fin. D. de mortis causa donat, quod non potest, qui legat* *l. 5. quis 22. D. de legat. Et fideicommissum. 1. 3.*

6. Intervivos donatio est, quæ fit sive illa
mortis suspicione, ex meritorialitate, & ea me-
taeceptoposito, ut res donata statim fiat accipi-
ens, nec ullo casu ad donatorem revertatur. Et
ideo semel perfecta hujusmodi donatio temere
revocari non potest: in quo distinguitur à dona-
tione cauilla mortis, qua faciliter revocatur. Primo
quidem, si facta tali donatione in infirmitate, cō-
valuerit deus donator. Latè Costalius adl. Non
omnis 19. D. Si erit sum petatur Secundū, si dona-
tus ante donatorem deceperit. L. Si filio/familia
13. de mortis causa donat. Tertiū, si donatorem
penitus donat, d.l. Non omnis in prie. &
1. Qui mortis 35. D d. t. siquidem donans cauilla
mortis, mavult quidem donatarium habere rem
donatam, quam hæcdem suum, magis tamen
le, quam donatarium. In quo posteriori rursus
distinguitur à donatione intervivos. Daturau-
tem ad hanc revocandam conditio ob cauillam
dat, vel utilis in rem actio, l. Qui mortis 30. & d.
l. Senatus 6. 2. d. 9.

2. VIII. non posse remittere revocari. quia si

certis causis potest, veluti ob ingratitudinem
donatarii probatam; ut si probetur impias ini-
 manus, vel atroces iniurias, vel grave damnum do-
 natoris intulisse, vel vita ejus infidatum, revo-
 cari quidem tunc potest a donatore, non tamen
 ab ejus herede, c. ult. b. t. fin. Cod. eod. Idque
 obtinet, licet adjecta esset clausula in instru-
 mento donationis, de re nova revocanda ob in-
 gria itudinem. Quod si tamen aliquid hanc fa-
 ciat sit adonatio, & donator recuerit, nec
 revocaverit donationem, non poterit postea do-
 natoris heres donationem economice revocare;
 cum revocatio illa fiat ad viadictam ingratitu-
 dinis, que vindicta cura persona donatoris ex-
 tinguitur. d. c. ult. in fin. b. t.

Similiter probabile est, donationem omnium
bonorum, vel maioris partis; (quam validam
multi probabilitate existimat, per l. 8. C. de revo-
cand. 5. Cod. de ius officios donat.) revocari per su-
peralentiam liberorum, iustorum scilicet, vel
per subsequens matrimonium, non etiam natu-
ralium aut beneficio Principis natalibus resti-
tutorum, per text. in l. Si unquam Cod. de revoc.
don. ad quam late Tiraq: etiam si facta esset Ec-
clesia, can. Licet & ibi Glof. xvii. qu. 4.

S. II.

Qualis in dubio fieri debeat interpretatio donationis inter vivos.

1. *Donationes hujusmodi plenissimè interpretamus.*
 2. *Vtinas voluntates pleniùs.*
 3. *Contráctus plenè.*

Voniam verò donatio hæc inter vivos
ex meta liberalitate proficisciatur dona-
toris, ideo in dubio, hoc est quando
non constat satis ex verbis, quid donator senser-
it, latissima sit interpretatio pro donatario, e.
Cum dilecti 6. hoc tit ut accipiatur id , quod
donatio est commodissimum , nempe dona-
torem non id , quod est minimum , sed quod
est sumnum , donare voluisse . Et propterea
si quis donaverit aliquem ex suis equis , nec ap-
pareat , de quo scelerit aut quem donare vo-
luerit , optimus præstare debet , qui præsumit
lex & Canon hanc fuisse mentem & intentio-
nem donatoris , ut optimum donaret , cum ex
meta liberalitate donet , d.c. *Cum dilecti Par-*
modo si B p̄scopus cum consensu patrōni uratu-

hac simplicitate verborum, *Concedimus vobis illum Ecclesiam*, censetur uterque concedere eorum ius, quod quisque habet in ea Ecclesia: patronus quidem ius patronatus; Episcopus vero quod tē poraliter obtinet in eadem, c. *Postorali* 7. h. 1.

2. Secas in ultimis voluntatibus, in quibus non plenissima, sed plenior sit interpretatio, l. *In testamento* 12. D. *dereg Iuris*. Unde si quis equum aliquem legaverit alicui ex suis equis, nec expellerit quem, datur quidem legatario electio, ut non cogatur pessimum accipere; non tamen potest eligere optimum, sed aliquem inter optimum & pessimum, l. *Legato generaliter* 37. D. *De legat.* 1. quia non intelligitur testator tam liberalis, quam qui donat inter vivos. Nam testator donatum, cum morietur, & cum amplius bonis suis frui non poterit, donator vero inter vivos etiam cum ipse uti posset.

3. In contractibus autem non plenissima, nec plena sit interpretatio, id est ut contractus potius valeat, quam pereat, l. *Quoties* 12. D. *Dereb. dubius*. Et ideo datur creditori electio: ut si, v. g. equum aliquem ex suis quos domi habet, vendiderit, sine expressione ullius, possit tradere, quem velit etiam pessimum, quia id sufficit, ut contractus subsistat. Et hoc est, quod habet Regula Juris, semper in obscuris quod minimum est sequendum esse, c. *Semper* 9. D. *de R. I.*

§. III.

Quo pacto Donatio inter vivos perficiatur

1. *Iure veteri non nisi traditione rei perficiebatur donatio.*
2. *Iure novo etiam solo consensu.*
3. *Donatio exceedens 500. solidos insinuari debet.*
4. *Exceptio.*

CETERUM cum donatio inter vivos, priē accepta, si potius species traditionis, quam obligationis, quārī hic quoque potest, an qui donavit aliquid, quod non tradidit, obligetur donatario, ut cogi possit dare, quod promisit. Jurequidem veteri D. & Cod. donatio hujusmodi non perficiebatur modo pacto seu consensu, sed traditione rei & hac sola ratione dici poterat modus naturalis ac-

quitendi dominii, juxta §. *Per traditionem* 40. *Instit. de rer. divis.* acaliter ostiebatur actio ante traditionem, quam si donatarius fuisse stipulatus, rem donataam sibi tradi, l. *Si tibi pecuniam* 20. D. *doreb. cred.* l. 1. & l. *Quisquis* C. *ed.*

2. At vero Justinianus Imp. hoc correxit, voluntarie donationem solo consensu seu voluntate, quovis modo manifestata, perfici, & habet in se necessitatem traditionis, ad exemplum traditionis, etiam si forte donatarius non fuisset stipulatus rem sibi tradi, §. *Alio autem instit.* hoc sit. l. *Si quis argentum* Cod. *ed.* itaque conditione ex lege, vel ex stipulatu actione, si adjecta stipulatio fuerit: Quod etiam sequitur Pon. *c. 1. hoc iste*: forte motus hac ratione quod ex communione interpp. sententia, iure Pon. tificio etiam ex undo pacto detur a filio, ut *etiam sup. ad Tit. de pactis*. Unde pater, donatorem inter vivos non esse modum acquirendi dominii, sed causam, quia est causa traditionis, per quam dominium proximum acquiritur.

3. Quod si donatio huc excedeat quingentos solidos seu aureos, insinuari actis interventionibus apud Magistratum debet ex eiusdem Justiniani Constitutione, in *l. penult. Cod. ed.* Nam olim, si excederet donatio ducentos solidos, opus erat insinuatione, ad obviandum fraudibus non nullorum, ne possent subdonare falsos testes, falsum producere instrumentum aut chirographum. Ideoque simplicitate & nude ei renuntiari nequit, arg. l. *Nemo potest* 55. D. *Delegat.* Et facta absque insinuatione donatio est invalida, non quidem in totum, ut veniret noutile per inutile vitetur, sed ex parte, qua quingentos solidos excedit.

4. Ab hac tamen necessitate insinuationis excepuntur quædam donationes: ut in primis ex ea, quæ sunt in redemptionem captivorum, in reflectionem ædium, in ruina aut incendio consumptarum, vel à magistris militum factæ ipsiis milribus, l. *penult. Cod. ed.* Secundum, donationes factæ a Principe, superiorum non recognoscente, alicui privato, vel contra Gloss. in l. *Sanctius* & *Auctent.* Item Cod. *ed.* Sed & insinuationis defectum suppleretur, *juramentum*, Gaill. 2. *Obf. 39.*

§. IV. De

§. IV.

Dedivisione Donationis in Propriam & inimpropriam.

1. *Donatio alia Propria est, ea que irrevocabilis regulariter.*
2. *Alia impropria, qua ex causa fit: veluti propter nuptias.*
3. *Donatio causa doris remuneratoria.*
4. *Et donatio, qua fit sub modo vel conditione.*

Donatio, de qua dixi, propriè donatio est pura & simplex, quam scilicet donatur sine illa causa, ex mera liberalitate ea mente petigunt, ut nullo casu velit rem donatam ad se reverti.

1. *Impropria donatio est, qua fit ob causam aliquam sub modo vel conditione. Ob causam, ut Donatio propter nuptias, Donatio causa doris Donatio remuneratoria, Donatio causa mortis.*

2. *Donatio propter nuptias est, qua vir aliij quiduxori dat, in vicem & securitatem doris, ab aliis, vel alio eius nomine, pro sustinendis oneribus matrimonii, accepta. Et hoc olim vocabatur ante nuptias, neque post celebratas nuptias fieri poterat, cum prohibita esset donationis inter virum & uxorem. Hodie vero vocatur propter nuptias, quia Justinianus Imp. permisit donationem huiusmodi non solum a bideriorum matrimonio, sed etiam initium sumere: exempli dotti, qua constante matrimonio non solum augentur, sed etiam sunt de novo. l. ult. Cod. de donat. ante vel propter nuptias. §. Et aliud genus Institut. b. e.*

3. *Donatio causa doris est, qua fit marito ab uxore, vel ab alio eius nomine, pro sustinendis oneribus matrimonii. l. Pro oneribus. Et passim Cod. De jure dotal. Unde & constante matrimonio revocari nobis potest, nisi maritus ad inopiam vergat, vel bona eius filio inferantur, l. Constante juncta, l. Simarito D. Soluto matrim.*

4. *Donatio causa remuneratoria est, qua fit invitem praebiti officii; unde irrevocabilis est, l. A. qualius. Et si pater 34. D. b. t.*

5. *Donatio sub modo est, qua aliquid cum aliquo modo, certave legè donatur, tot. Tit. Cod. donationes, que sub modo. Et hoc privato fa-*

cta, si adiecto modo satisfactum non fuerit, à donatore impunè revocatur, l. ult. Cod. ead. Cæterquin facta Ecclesiæ non revocatur, ob modum non impletum, sed agitur ad ejus impletionem: nisi ipsi modo adiecta sit clausula revocatoria, hæc vel similis. Et si modo non fuerit paratum, res donata repetatur, c. Verum inf. de condition. appositis.

§. V.

Quoniam donari possint.

1. *Donare possunt rerum suorum plenè domini.*
2. *Clerici prouide res Ecclesiæ donare non possunt.*
3. *Nisi forte Episcopus confruerat, & doceat Ecclesiæ.*
4. *Limitatio hujus.*

1 **P**ostremo generaliter de donationibus queritur, qui donari possint; Omnes sci-licet & soli domini, qui liberam bonorum suorum administrationem habent, cum potestate alienandi. Hinc furiosus, & prodigus, cui bonis est interdictum, propter furiosum exitum, quem talis in bonis suis facere dicitur, donare nequit. Similiter nec minor xxv. annis, licet sit rerum suatum dominus. Sed neque permissa est donatione coniugibus inter se, tota Tit. Cod. de donat. inter vir. & uxorem; nec in vicem paten-tilibus & liberis, in possessione constitutis, l. Cum de bonis 11. Et l. Seive emancipatis 17. C. b. 1. l. Do- nationes 25. Cod. de donat. inter vir. & uxorem. Licet his dubius casibus donatione morte dona- toris convalescat, d. l. 17. Cod. hoët l. 2. Cod. Si quis alteri vel sibi ererit. Sicut & iuramento, &c. Cum contingat sup de jure iur Galli 2. Observ. 38. Quin etiam donationis parentis in filium emancipa- tione confirmatur, d. h. 11. Et 17. C. b. 8.

2. *De Clericis vero hic specialiter quæ si- rum fuit: quibus quidem de bonis propriis seu patrimonialibus & quasi patrimonialibus do- nare licet, quantum velint, vel alio quoque modo disponere, cum eorum sint plenè domini: verum res Ecclesiæ, etiam cui servient, donare non possunt: cum donatione in species alienationis, ut dixi supra ad Tit. de rebus Eccle- sia non alienand. Adeo, ut ne quidem Episcopus aut quilibet Praelatus eas donare possit, cum*

R. 3.

DOM

non sit dominus, sed tantum procurator rerum Ecclesiasticarum, c. Fraternitatem 2 h. tit. de profundi meliorem quidem Ecclesiae suæ condicionem posit facere, deteriorem non utique. Nisi et ei quantitas seu modicitas, vel loci consuetudo, a Canonibus non improbata, donationem permittat, cap. 3. hoc tit. § 3. vel nisi Episcopus in sua diœcesi Monasterium vel Ecclesiam aliquam construat quo casu, illud quidem ex rebus Ecclesie, cui præsidet, usque ad quinquagesimam partem redditum illius Ecclesie: hanc verò ad centesimam, & non ultra, dotare permittitur, can. Bonarii 74. xii. q. 2. c. Apostolice b. 1.

4. Quanquam si per hujusmodi subtractionem fructuum Ecclesia Cathedralis graviter lèdatur, talis donatio foret revocanda, d. cap. Apostolica. Erin his distinguitur Prælatus Ecclesie à procuratore: cui licet à domino permissa sit libera rerum administratio nihil tamen earum, sive immobilium, sive mobiliū, quæ servando seruari possunt, alienare potest sine consensu domini, l. Procurator totorum 63. D. de procurator. Res verò Ecclesie non exiguae nullius Prælatorum alteri donare potest, quam cum consensu Capituli, & ex justa causa s. adeō, ut ne quidem Episcopus Ecclesiam, in sua diœcesi sitam, pio alio loco, veluti Monasterio, concedere posse sive consensu sui Capituli, c. Pastorale 7. hoc tit. Quo modo & Hospitalarii, id est Religiosi, qui hospitalibus præ sunt, eum consensu Capituli domum aliquam suam alii loco religioso donare possunt, c. Inter dilectos 8. h. s.

TITULUS XXV.

De peculio Clericorum.

1. Peculium quid sit.
2. Et ex quibus constet.
3. Constat vel ex bonis propriis Clericorum, quorum sunt domini.
4. 5. Volex bonis Ecclesia, aut intuitu Ecclesie quasit?
6. Clericos etiam illorum esse plenè dominos propositur,

Non importunè, ubi de donationibus egit Pont. & quia de testamentariis dispossessibus dinceps acturus est, interjicit hunc Titulum *Deposito Clericorum*, ut distinctius & melius intelligatur conditio bonorum, que Clerici sibi acquisiverint, & quatenus ex iis donare, testari, aliterve disponere valent.

1. Dicitur autem Peculium, auctore Vlpiano in l. Depositi §. 2. D. de peculio, quasi pilla pecunia Illudq; in primis Clericis competit, s. veteres Canones spectemus, can. Clericu can. Duo sunt xii. quæst. 1. Verum cum hodie per recitationes Canones Clericis rerum possidentur amplior facta sit potestas, ideo peculium eorum triplex solet statui. Vel enim constat ex propriis Clericorum bonis, sive ea patrimonialia sint, sive quasi patrimonialia, vel ex bonis Ecclesie; vel denique ex bonis intuitu Ecclesie acquisitis, toto hoc iiii. can. § 2. xii. quæst. 3.

2. Propria bona Clericorum sunt, que vel ex successione hæreditaria, legato, fideicomisso, donatione, aut alio quocumque tuto, dummodo non occasione Ecclesie vel beneficii, Clericis obvenerint. Ac proinde eorum nomine comprehenduntur quasi patrimonialia, quæ scilicet acquirunt ratione Clericalis ordinis vel officii, sed alia ratione quam beneficii, veluti celebrando, concepcionando, canendo, confessiones audiendo. Vicaria temporali deserviendo, aut alias similes actiones spirituales exercendo. Similiter ea, que proprio labore & personali industria lucratur, ex aliis, quam suorum beneficiorum, bonis.

3. Cum verò Clerici bonorum patrimonium plenè sine domini, perinde ut laici suorum, can. Episcopi & duabus seqq. xii. quæst. 1. c. Quia nos inf. de testam. de iis etiam libertime, quantum volunt & cui volunt donare auctio quovis modo, sive inter vivos sive ultima voluntate, disponere possunt, d. can. Episcopi & alii, cap. 1. versic. Si autem cum seq. cap. Relatum 11. c. Requisisti. inf. de testam. Idem dicendum de quasi patrimonialibus, juxta Navar. hereditibus Ecclesie quæst. 1. monito 29. quia illa dantur Clericis in mercedem laboris ac servitii & operæ personalis præstiræ, vel liberaliter in sustentationem, absque ullo onere, tacito vel explicit.